

## Famille de Méautis - Famille de Mary - Du XIème au XVème siècle

Voici un nouvel extrait du mémoire datant du milieu du XVIIème siècle sur la généalogie de la famille « **de Mary** » et qui contenait des informations recueillies sur une vieille pancarte rédigée en 1472 :

« [...] On voit ensuite, **Simon père de Raul ou Raoult, père de Gieffrey, père de Simon, père de Nicolas, père de Thomas, père de Nicolas, père de Raoult, père de Robert, père de Guillaume et de Richard.** Ensuite Jean père de Robert, père de Nicolas et de Thomas les derniers vivants ».



Sceau de Guillaume de Mary  
à la première croisade

Pancarte de 1136, constatant diverses donations que l'abbaye de Saint-Sauveur-le-Vicomte reçut au XIème et au XIIème siècle et qui furent confirmées par Roger le vicomte et par Algar, évêque de Coutances. Sont cités sur cette pancarte : **Raoul de Mary**, sa femme **Emma** et leur fils, **Simon de Mary**.

« [...] Notum sit omnibus hanc cartam legentibus et audientibus quod ecclesia Sancti Salvatoris est libera ab omnibus episcopalibus consuetudinibus, et a tempore vetuli Ricardi comitis et Rogeri vicecomitis, qui ecclesiam inchoavit et liberam eam construxit, qui pro hac libertate ecclesiam Sancti Nicholai de Hulmo et vicum qui vocatur Gishaula in eadem villa Sancte Marie Constancensi concessit. Deinde Nigellus vicecomes, qui ibi monachos posuit et abbatiam inde fecit, ab omnibus consuetudinibus sibie pertinentibus ex to team liberam et quietam fecit. Nepotes autem ejus, Nigellus videlicet et Rogerius, hanc honorifice tenentes, suis propriis possessionibus augmentaverunt et extulerunt. Ipsi enim dederunt molturam totius terre abbatie que est in Sancti Salvatoris eidem abbatie. Et quia in suo molendino sine moltura et loco monachi molebant, dederunt eis terciam partem aque ad suum molendinum ; quod si aliquo infortunio molere non poterit, sine moltura et loco molant ad molendinum domini. Terramque Evrardi Tonellarii dederunt in Fredevilla, et omnes ecclesias quas habebant in sua terra et in suo dominio, scilicet ecclesiam Treheville, et ecclesiam Columbe, et ecclesiam de Sella Suave, et ecclesiam Sancti Johannis de Bosca, et si quid est in sua terra et in suo dominio quod ad eccelsiam pertineat, pro uno monacho quem in ecclesia posuerunt. His testibus : Hunfrido de Hoivilla, Mampinel, Rogero camerario, Willelmo et Auschero de Redvers. Iterum dedit idem Nigellus vivecomes, concedente fratre suo Rogero, eidem abbatie totam terram Dosardi in Escallevilla, quietam ab omnibus consuetudinibus, perhenniter possidendam, et pratum quod suum est sub ecclesia Sancti Johannis in villa Sancti Salvatoris. Et dominus abbas Hunfridus et monachi, preter orationes et beneficia ecclesie, dederunt eis pro his quinque marcas argenti. His testibus : Sellone Burnof, Unfrido de Hoivilla, Mampinel, Carbonello de Rafovilla, Alano de Hulmo. In Trehevilla dedit Nigellus vicecomes abbatie unam

*acram terre que est in media villa, ad granciam monachorum faciendam. Teste Carbonello de Rafovilla. Similiter dedit totam terram Radulfi Estricart, ubicumque tenet, pro qua quoddam monile aureum habuit de abbatie Unfrido et monachis. His testibus : Rogero camerario, Mampinello, Carbonello, Alano de Hulmo. Sciant etiam omnes quod monachi Sancti Salvatoris omnes decimas et maxime medietatem campartorum, quod est decima, pro quo incepsum fuit, totius terre Nigelli vicecomitis et suorum omnium hominum, diracionaverunt in curia sua, quibusdam eis militibus et vavassoribus contradictibus, quibusdam concedentibus, et ibi nemine resistente, sed omnibus adquiescentibus, judicatum est atque diffinitum ut abbatie ex tunc et deinceps recta decima et maxime medietas campartorum a pre tis sine calumpnia redderetur. His testibus : Willelmo de Bruis, Ricardo de Ansgerville, Rogero de Rufo Campo, Walterio de Hainou, Rogero Suhart. Symon de Mareio dedit abbatie Sancti Salvatoris totam ecclesiam Sancti Martini de Levilla, cum omni decima ejusdem ville, et totam terram de elemonisa ipsius ecclesie, scilicet undecim acras terre, et totam decimam molendinorum suorum et omnium pescheriarum suarum de Mareio. Quam donationem concesserunt et confirmaverunt Nigellus videlicet et Rogerus vicecomites et manu tenuerunt, pro animabus omnium antecessorum suorum. Henricus quoque de Agnels hanc donacionem concessit et propria manu super altare posuit. Emma, uxor Radulfi de Mareio, et filia ejus Albereda dederunt abbatie Sancti Salvatoris terram quam habebat in dote sua, que adjacet Breteville et Guillemaisnil, pro animabus suis, et pro anima Radulfi viri sui, et Symonis filii aliorumque predecessorum suorum. Et dominus abbas Unfridus et monachi, preter orationes et beneficia ecclesie que eis concessit ipse et omnis conventus in capitulo, dedit matri triginta solidos et filie quamdam sericam succinctam, concedente Nigello vicecomite et testimonium perhibente. His testibus : Radulfo Sur bosc, Willelmo filio Roberti, Osmundo de Brichebot, Roberto filio Hamonis, Picot nepote prioris. Similiter Petrus sacerdos de Trehelvilla et Willelmus et Radulfus, filii ejus, dederunt abbatie Sancti Salvatoris terram que est in tribus locis juxta terram nostram et capellam Sancti Michaelis, et decimam terre nostre et supradicte date. Et hec terra est apud Sanctum Germanum de Direch. Quam donacionem concessit et confirmavit Rogerus vicecomes, post mortem fratris sui Nigelli. Hiis testibus : Gaufrido filio Willelmi, Willelmo Florido, Guillelmo Carbonello, Willelmo de Salceio. Gaufridus filius Willelmi concessit abbatie Sancti Salvatoris, presente Rogero vicecomite, thelonium ex hominibus omnibus in nundinis Sancti Georgii de Podiis, et decimam unius molendini in Thehelvilla, et in Maisnilleio decimam alterius molendini. His testibus : Willelmo Carbonello, Mampinel. Guillelmus Carbonnel, presente Rogero vicecomite et testimonium per[h]ibente, concessit abbatie Sancti Salvatoris totam decimam omnium molendinorum suorum, ubicumque fuerint, pro anima fratris sui Ranulfi, concedentibus fratribus suis. Robertus de Rosel et Hadusa, uxor sua, et Radulfus et Malvesinus, filii sui, dederunt abbatie Sancti Salvatoris omnem decimam totius terre sue quam habent in parrochia Sancte Marie de Podiis, pro animabus antecessorum omnium suorum et pro anima Ranulfi Carbonelli. His testibus : Rogero vicecomite, Willelmo Carbonello, Hugone, Pagano, fratribus suis. Robertus de Belgeville, quando suscepit monachalem babitum, dedit abbatie Sancti Salvatoris tres quartarios frumenti in molendino ipsius Belgeville, concedentibus filiis suis omnibus, presente Nigello vicecomite et concedente. His testibus : Mampinello, Gaufrido filio Guillelmi. Richardus Chananeus dedit abbatie Sancti Salvatoris terram quam habebat in Longa villa et in Giroldi villa, de matrimonio sue matris, concedente Hadevisa filia Radulfi de Belgeville, et filio ejus Radulfo, et marito ejus Roberto. Quod'concessit et testis extitit Nigellus vicecomes juvenis. His testibus : Radulfo Docto, Folefranco, Osmundo de Brichebot, Gaufrido de l'Esclusa. Similiter Robertus de Magna villa et uxor ejus Hadevisa et filius ejus Radulfus dederunt abbatie Sancti Salvatoris decem acras terre in Radulfi villa et seipsos post mortem suam, cum omnibus rebus quas habebunt. His testibus : Radulfo Sueno, Osmundo de Brichebot, Richardo Franco, et es sua parte Radulfo de Blihou et Ricardo filio Radulfi. Radulfus de Begelvilla dedit abbatie Sancti Salvatoris omnem decimam totius terre sue quam habet in parrochia Sancte Marie de Podiis, concedentibus omnibus fratribus suis. His testibus : Rogero vicecomite, quo presente facta fuit donatio, Gaufrido filio Willelmi, Picoto nepote prioris, Roberto filio Hamonis. Nigellus vicecomes Sancti Salvatoris, qui abbatiam inchoavit, dedit in Perceio eidem abbatie ecclesias cum decimis earumdem, et decimam totius redditus ejusdem ville. Postea, quando Rogerus vicecomes patriam rehabuit, ecclesias cum decemis et redditibus omnibus Sancto Salvatori reddit. Similiter idem Nigellus vicecomes dedit Sancto Salvatori Ricardum de Podiis, cum ecclesia et decima et omni terra quam tenebat de illo in eadem villa, et terram de Bernardi villa, et unum vavassorem in Butevilla. Dein, quando Willelmus Floridus pannos religionis apud Savigneum accepit, de ecclesia et de omni supradicta terra abbatiam hereditavit, presente Rogero*

*vicecomite et testimonium perhibente hancque donationem concedente. His testibus : Willelmo Pinel, Willelmo Carbonnel, Hugone, Pagano, fratribus ejus, Gaufrido filio Willelmi, Roberto Hamonis filio. Picart de Sancto Salvatore et Lecelina, uxor ejus, dederunt abbatie ad mortem suam omnes domos suos quas habebant in burgo Sancti Salvatoris, cum omni terra sua, et omni aqua habebant pro animabus suis. Rogerus quoque vicecomes et Nigellus, frater ejus, hanc donacionem concesserunt. His testibus : Mampinello, Carbonello de Rafovilla, qui tunc erat dapifer, Roberto filio Hamonis. Willelmus Carbonel dedit abbatie Sancti Salvatoris, presente Rogero vicecomite, terram que appellatur des Galgers, que est in villa Sancti Salvatoris, pro fratre suo Rogero, quem in ipsa ecclesia monachum fecit. Testibus his : Rogero camerario, Mampinello dapifero, Osmundo de Bricheboc, Picoto nepote prioris. Rogerus vicecomes, frater Nigelli, et Cecilia, uxor ejus, dederunt abbatie Sancti Salvatoris decimam omnium escarum et potus domus sue, ubicunque fuerit, sive in Normannia sive in Anglia, et pratum quod situm est sub nova ecclesia Sancti Salvatoris, pro animabus suis et pro anima fratris sui Nigelli omniumque predecessorum suorum. Decimam vero omnis venationis sue, sive in hais Lutumerie sive in aliis locis ubicunque ceperit, idem Rogerus, similiter dedit, presente Algaro, Constanciensi episcopo. His testibus : Gaufrido filio Willelmi dapifero, Willelmo Pinel, Willelmo Carbonel, Hugone et Pagano, fratribus suis, Henrico de Agnels. Similiter idem Rogerus vicecomes ecclesias Fredeville et Escalleville, post mortem Henrici Regis, abbatie Sancti Salvatoris reddidit, et eas, quandiu vixit, ecclesia cadem in pace tenuit. In Turgisvilla dedit Willelmus Pinel quinque acras terre, et ecclesiam cum decima totius terre quam ibi tenet, et decimam omnium salinarum suarum. Deinde Willelmus Pinel, filius ejus, quando ipsam terram tenuit, presente Rogero vicecomite, hanc donacionem concessit et manu sua super altare posuit, et dominus abbas Unfridus et monachi pro terra quadraginta solidos et pro ecclesia et decimis unum anniversarium et beneficia ecclesie ei dederunt. His testibus : Rogero vicecomite, Willelmo Carbonel, Hugone, Pagano, fratribus ejus, Gaufrido Willelmi filio dapifero. Rogerus de Sotevast dedit abbatie Sancti Salvatoris ecclesiam Sancti Broelii de Gersoi, cum omni decima ejusdem ville, pro anima patris sui Radulfi, qui [apud] eandem abbatiam sepultus est. Postea Willelmus de Magna villa, frater ejus, pro morte Symonis de Mareio, hanc donacionem, presente Nigello vicecomite et Rogero fratre suo, concessit et confirmavit propriaque manu super altare posuit. Deinde Johannes, filius ejus, et tiliolus omnium monachorum, hanc donacionem in vita patris sui et post mortem ejus concessit et confirmavit. Dominus vero Unfridus abbas et monachi eidem Joanni loci [beneficia], causa Ranulfi Carbonelli, dederunt. Teste Avenello, et Roberto monacho, filio Anscheri. Rogerus vicecomes dedit ecclesiam de Alvers. Has quoque donaciones supradictas omnes ipse Rogerus vicecomes proprio ore sic confirmavit, dicens : "Ego Rogerus vicecomes has predictas elemosinas confirmo ta more proprio quam sigillo", in presentia Algari, Constanciensis episcopi, qui omnes supradictas elemosinas contradicentes et diripientes sub anathemate proprio, nisi resipiscant, posuit ».*

---

**Auvray de Mary** est cité sur une notice de 1165, constatant les donations et les concessions faites à l'abbaye de Saint-Sauveur-le-Vicomte par Jourdain Taisson et par Léticie, sa femme.

« [...] Notum sit tam presentibus quam futuris quod Jordanus Taisson et Leticia, uxor ejus, concesserunt abbatie Sancti Salvatoris omnes episcopales consuetudinestotius terre ejusdem abbatie per honorem Sancti Salvatoris, ita ut monachi habeant curiam suam et emendationem de hominibus suis, tam clericis quam laicis, videlicet de trevia et de adulteriis et de omnibus aliis rebus, ut ita habeant monachi in terra sua quemadmodum dominus ejusdem ville habet in sua. Concesserunt etiam eidem abbatie totam terram Nigelli presbyteri de Sella suavi, cum omnibus consuetudinibus eidem terre pertinentibus, liberam et quietam in elemosina, et stagnum quod fuit Radulfi Davant, et pratum sub eodem stagno. Item concesserunt predicte abbatie, pro anima Rogeri vicecomitis, totam terram sicut rivulus parci eam dividit usque ad Ouvam, et usque ad abbatiam, et usque ad terram Gaufridi filii Willelmi et Roberti Venatoris, et sicut ruta dividit, et decimam theloniei et furnijam dicte ville. Concesserunt etiam omnem decimam totius sui victus, ubicunque fuerint, per totum honorem Sancti Salvatoris, sicut Rogerus vicecomes antea dederat. Item concesserunt donum Roberti Barbati et Ricardi, filii ejus, qui dederunt quicquid habebant in ecclesia Sancti Stephani de Alvers, videlicet decimam

*totius terre sue in eadem villa, et terram elemosine eidem ecclesie pertinentem, et omnem decimam totius terre sue de Auces. Concesserunt etiam hoc quod Robertus decanus [de] Perrepont reddidit abbatie Sancti Salvatoris, elemosinam quam tenebat de ipsa abbatia in elemosina in ecclesia de Aavers, in oblationibus, decimis et terris, presentibus et concedentibus fratribus ejus et matre, quando monachus factus est in eadem abbatia. Concesserunt eidem duas acras terre in Lineriz, ad dedicationem Sancti Johannis. Item concesserunt ecclesiam Sancte Marie de Columba, quam etiam eidem Guillelmus eidem abbatie reddidit in presentia donni Jordani Taison, quando cum eodem Jordane pacificatus est. Concesserunt etiam elemosinas Rogeri Camerarii et filii sui Mathei de Tallepie et Willelmi filii ejus Mathei, terram videlicet ad unum aratrum in villa Sancti Salavatoris. In Columba vero terram ad unum aratrum, cum duobus burgensibus, et omnem decimam parrochie Sancti Johannis de Bosco, et decimam molendinorum suorum de Nova villa, et terram unius vavassoris quam tenebat Herbertus de Blachetot, in eadem villa Blaquetot. Concesserunt itaque donum Sansoni nepotis Alveredi de Mareio, qui Sanson dedit decimam terre sue pomerio et de Hoivilla cum una virgeta terre. Concesserunt etiam donum Rodulfi Regis, de terra quam habebat in Traauvilla, quam dedit abbatie, pro anima sua, et pro anima Rogeri vicecomitis qui hanc terram ei dederat. Item concesserunt Jordanus et Leticia elemosinas quas Ricardus filius Hugonis et Radulfus filius ejus dederant predicte abbatie, calumpniam videlicet quam babebant in ecclesia Sancti Petri de Traavilla, et capellam Sancti Michaelis de Dilete, cum terris et elemosinis, sicut antea dederant Radulfus et Willelmus sacerdotes, avunculi eorum, et duas acras terre ante portam ecclesie Sancti Petri, et terram Ricardi presbiteri de Hanevilla, scilicet decem acras liberas et quietas ab omni relevio et auxilio et querelis sibi pertinentibus, cum duabus acris superioribus ; et donnus abbas Hugo omnisque conventus pro caritate eis sexaginta solidos andegavensium dederunt. Ad dedicationem vero ecclesie Sancti Salvatoris sepedictus Jordanus, et Leticia uxor ejus, et filii corum, Radulfus et Rogerus, eamdem ecclesiam ab omnibus consuetudinibus liberam et quietam denuntiaverunt, et eamdem denunciationem, manibus ad altare poitis, ratam illibatam facientes perpetuum consignaverunt, et ad dotem ecclesie terram Hairon dederunt, presente archiepiscopo Rotomagensi Rotodo, et ceteris episcopis et abbatibus, clericis et laicis omnibus qui affuerunt. Hec carta ita denotata subscriptorum testimonio est confirmata, videlicet Willelmi Crassi, Nicholai de Veeis, Rogeri de Montagu, Willelmi de Monz, Radulfi de Clinchamp, Roberti de Percie, Gaufridi de Combrai, Symonis de Cheffrainne, Rogeri de Veeis, Desarine, Blancloc ».*

---

**Geoffroi de Mary** et **Guillaume de Mary** sont cités comme témoins dans une charte de 1180 de Léticie de Saint-Sauveur pour l'abbaye de Saint-Sauveur-le-Vicomte.

*« [...] Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego L. de Sancto Salvatore, que fui uxor Jordani Taissun, concessi donationem quam fecit Rogerus de Torclevilla abbatie Sancti Salvatoris, scilicet quatuor quarteria frumenti, assignata in molendinis [de] Maire, jure elemosine in perpetuum possidenda, et annuatim ad festum Sancti Michaelis reddenda, pro anima Rogeri de Bennevilla et pro sua et antecessorum suorum. Et ut donatio illius in posterum rata teneretur, testimonio presentis scripti et munimine sigilli mei confirmari volui. Testibus : Eudone de Sotewast, Ricardo Fulgere, Roberto de Prestevilla, Gaufrido de Mareio, Petro de Torclevilla, Johanne de Prestevilla, Willelmo de Maireio, Willelmo Bialte, Ricardo capellano de Bosco, et multis aliis ».*

---

Armes : [...] *D'argent au chef de gueules chargé de trois roses d'or*

Devise :

Dessin :

